

ΓΑΚΙΒΑΤΕΛΙΟΥ
ΛΙΒΡΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΑΘΕΟΥΡΙΟΥ

ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ
ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΜΟΥΣΕΙΟ ΛΗΞΟΥΡΙΟΥ
ΣΥΛΛΟΓΗ Π. ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ
ΑΙ ΣΙ 0109

DELLE COSE CORCIRESI.

VOLUME PRIMO.




CORFU,

NELLA TIPOGRAFIA DEL GOVERNO.

1848.

ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ
ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΛΗΞΟΥΡΙΟΥ



ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ
ΥΠΟΔΗΜΑΤΑ
ΥΠΟΔΗΜΑΤΑ

Υπόδημα δὲ τὸ εὐτελὲς μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν,
ἀνευδεδῶς δὲ τὴν χρεῖαν ἀποπληροῦν.

Ἐπιστολὴ Βασιλείου τοῦ μεγάλου πρὸς Γρηγόριον τὸν Θεολόγον.



ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ

ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΛΗΞΟΥΡΙΟΥ

A CORCIRA SUA PATRIA
GLI AUGURJ ITERANDOLE
DI PIU NOBILI GLORIE
E
DI PIU DEGNO SCRITTORE
ANCHE QUESTI SUOI ULTIMI STUDJ
ANDREA MUSTOXIDI
AFFETTUOSAMENTE
CONSACRA.

simus dominus dominus dux mandavit fieri per me notarium instrumentum, presens privilegium et publicum instrumentum, ac bulla eius aurea pendente muniri.

Ego Leonardus de Anzollettis publicus imperiali notarii et ducatus Venetiarum scriba, presentis omnibus et singulis personis et de mandato prelati inclyti Domini ducis exscripsi et publicavi.

Locus D. signi Notarius.

Locus sigilli aurei † appositum cordula rubea serica.

FF.

Instrumentum vendicionis facte domino duci et Comuni Veneciarum de civitate et Insula Corphyensi.

In Christi nomine amen. Anno nativitatibus eiusdem, millesimo quadringentesimo secundo, Indictione decima, die sextodecimo mensis Augusti. Cum Serenissimus et Excellentissimus dominus, dominus Ladislaus, Dei gratia, Hungarie, Ierusalem, et Sicilie, Rex, ad quem ut constat pleno jure ex successione serenissimorum progenitorum suorum, spectat, ac spectare noscatur, Civitas et Insula Corphyensis et eorum dominium cum terris castris, casalibus, Iuribus, Iurisdictionibus et pertinentijs suis quibuscumque, ubicumque locorum positus, hominibus vassallis feudis, et feudatarijs suis, ex certis imminentibus et supervenientibus necessitatibus et causis, se regem, curiam et regnum suum ac statum suum tangentibus, disposuisset vendere et alienare predictam civitatem et Insulam ac dominium cum eisdem terris casalibus, Iuribus Iurisdictionibus et pertinentijs suis quibuscumque, ubicumque locorum positi, et situs hominibus Vassallis, feudis et feudatarijs suis. Et super hujusmodi venditione tenuisset jam bono tempore aliquibus mediantibus et tractantibus, tractatum cum illustri et excelso domino duce, et communi Veneciarum. Qui tractatus ut ad conclusionem et optatum finem perducere posset. Nunc de novo urgentibus dictis necessitatibus causis et negocijs proprijs actis et utilibus, Et precipue propter guttam vigentem in regno suo et pro defensione rei publice dicti regni, miserit ad presentiam dicti domini ducis et communis Veneciarum cum consilio et deliberatione non nullorum Comitum Magnatum et procerum dicti regni in suos Ambaxiatores, factores procuratores, negociorum gestores et nuncios speciales ad faciendum et complendum Vendicionem et alienationem predictam et alia que incumbunt, Nobiles viros, dominum Thomasium scriniarium eximium legum doctorem, consiliarium suum, et dominum Marinum de arcella de Neapoli militem Regij hospitij, magistrum hostiarium. Id circo, predicti Vires Nobiles, domini Thomasius scriniarius et Marinus de arcella de Neapoli miles, procuratores, actores, factores, negotiorum gestores et nuntij speciales et generales, predicti Serenissimi et excellentissimi principis et domini, domini Ladislai, dei gratia, Hungarie, Ierusalem et Sicilie regis, habentes ad infrascripta omnia et singula tractanda perficienda et complenda, plenum et sufficiens mandatum, ut constat quodam publico Instrumento procurationis, subscripto et publicato per providum virum antonium de penis publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius, cum subscriptione ut ipse testatur, proprie manus dicti domini regis et appensione sui magni sigilli in millesimo quadringentesimo secundo Inditione decima, die decimo octavo mensis Iunij, unius tenor de verbo ad verbum remanente tamen autentico apud dictum dominum ducem ad cautelam interius est insertus. Ac volentes adimplere in facto venditio-

nis dicte Civitatis et Insule corphyensis ac dominium castrorum, terrarum et locorum eius ut supra, Illud quod ab ipso domino suo, domino Rege, habuit in mandatis, procuratorio nomine dicti domini Regis et eiusdem Vice et gestorio nomine, et quolibet modo et nomine insolidum, post longos tractatos habitos cum tractatoribus sibi deputatis per ipsum illustrem dominum . . . ducem et comune veneciarum, dederunt, vendiderunt, cesserunt, concesserunt, et transtulerunt et mandaverunt Egregijs et Nobilibus Viris dominis Ludovico Lauredano procuratori sancti Marci, Iohanni Mocenico et Zacharie trevisano militi, honorabilibus Civibus Veneciarum, Sindicis et procuratoribus illustris et excelsi principis et domini, domini Michaelis Steno dei gratia incliti veneciarum ducis etc, et communis veneciarum ut constat publico instrumento sindicatus et procurationis scripto et publicato per providum virum Marcum Bono, quondam ser Jacobi Imperiali auctoritate notarius, et ducatus veneciarum scriba in suprascriptis millesimo, Indictione et mense, die autem undecima a me notario infrascripto viso et lecto, sindicario et procuratorio nomine predicto, stipulantibus, ementibus et recipientibus Iure utilis et sui directi domini, et plene proprietatis secundum quod inter eos conventum et tractatum est, predictam civitatem et insulam corphyensem cum eius dominio, ac omnibus et singulis castris, terris, villis et casalibus, territorijs, Iuribus, Iurisdictionibus, ac pertinentijs suis, ubicumque locorum positus distinctis et contentis sub confinibus et coherentijs suis, hominibus feudis, vassallis, feudatarijs cum integro statu ac cum omni Iurisdictione mero et mixto Imperio, ac gladij potestate, francam quidem liberam et exemptam, ab omni specie et onere servitutis ac prestatione feudalis servitij et annui redditus, sive census, homini utique, per dictum dominum Regem, alienatam venditam vel distractam aut alterius oneri vel obligationi, submissam, Et cum omnibus et singulis agris arvis et frugibus producendis, vineis arbustis, salicetis, solius nemorum lucis, montibus, callibus, vallibus, planticibus, paludibus, aridis aquis prativis et arboris, Item etiam cum turribus, portis, munitionibus et quibuslibet alijs edificijs intus et extra dictam terram et alia castra et loca sua ubique locorum posita et jacencia. Item cum molendinis, molendinorum edificijs institutis et instituendis et ceteris predijs rusticis et urbanis tam humanis habitaculis quam gregium animalium et fructuum vendendorum gratia constitutis cultis et incultis, fructuosis et sterilibus, Item cum jure piscandi, venandi, aucupandi, publicisque fluminum usibus, necnon proprietate, et riparum usibus, preterea cum stratis, vijs, semitis et callibus, trocijs et senterijs privatis et publicis fontibus etiam puteis Item cum Jure pascendi, coquendi salis, arene fodiente, auriendi, derivandi et deducendi aquas undecumque libuerit ad loca et partes dicte terre corphyensis, et aliorum castrorum et locorum eius, ubicumque locorum positorum et existentium, querendi inveniendi veteres possessiones et bona in dicta Insula et ubicumque locorum seu pertinentiarum seu locorum ovis foveas instituendas et venas auri querendi, argenti, eris, sulfuris, ferris, aquarum et ceterorum quorumcumque, Insuper cum Iure et Iurisdictionibus civilibus et criminalibus contemptiosis et voluntarijs, angarijs et perangarijs exenijs hospicijs, redditibus censibus prestationibus ac conditionibus ascripticij et homagij et redditibus, sive in pecunia sive in alijs quibuscumque rebus vel iuribus et actionibus, et cum omnibus accessionibus bonis predictis et rebus venditis competentibus et competituris et etiam omnibus iuribus, et actionibus realibus et personalibus, utilibus et directis, mixtis ypotecarijs tacitis et expressis et nomine et occasione predictorum bonorum et rerum venditarum, prefato venditori competentibus, Nec non hijs que ante venditionem eidem competere ceperant, ut damni infecti, aque pluvie arde, et quod vi, aut clam: et ceteris alijs, que vel quas dictus venditor habebat et habere poterat in dictis, et nomine dictarum rerum venditarum, contra personas habitantes in dicta terra et Insula et in sui pertinentijs et heredibus eorum, et in ipsarum bonis et contra quascumque alias, et contra omnem universitatem et Collegium, constituentes dicti procuratores ipsius domini

ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ
ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΑΘΕΟΥΠΙΟΥ

Regis, nomine suo vendentes, predictos viros nobiles, dominos Ludovicum Lauredanum, Iohannem mocenico, et Zacharia trevisanus militem, syndicos et procuratores predictos et nomine et vice dicti domini ducis et comunis veneciarum et ipsum dominium ducem, et comune veneciarum in locum suum, ita quod ad modo in antea possint et valeant actionibus utilibus et directis ut que realibus, uti suo nomine, et omnia et singula facere et exercere, que ante huiusmodi cessionem, prelibatus Serenissimus dominus Rex facere potuisset. Quas quidem res corporales et incorporales, et predicta bona vendita, ut supra dicitur, dictis procuratoribus et sindicis recipere nomine et vice prelibati domini, ducis et comunis veneciarum, et ipse dominus . . . dux et comune veneciarum, decetero et imperpetuum ea et quilibet eorum habeant, et teneant et possideant, et qui, et cum eis utantur et fruuntur et eorum nomine agant ac faciant sicut veri domini proprietarii et possessores cum omnibus et singulis que sunt infra confines suos, et cum omnibus et singulis que intra vel extra Edificia supradicta, seu in dictis bonis venditis sunt et reperiuntur ab eis cesa et arrupta et ex agris detracta, et aliunde detracta, ut ibidem reponerentur, et ibidem stare et remanere deberent, et cum omnibus et singulis, que predictis rebus et bonis venditis de jure coherent, vel coherere debeat, et quorum debet ad emptorem commodum pertinere. Et hoc nominatim pro pretio et nomine pretii inter ipsos venditores et emptores dictis nominibus de comuni concordio conventi et stabiliti atque firmati ducatis triginta millium auri quos ducatos triginta millia auri, predicti Nobiles viros, domini Tomasius Scrinarius legum doctor et Marinus de Arcella de Neapoli miles procuratores et nuntii prelibati domini Regis vendentis, receperunt a prelibatis dominis Ludovico Lauredano, Iohanne mocenico, et Zacharia trivisano milite, sindicis et procuratoribus dicti domini ducis et comunis veneciarum in presentia mei notarij et testium inscriptorum, danti-bus solventibus et numerantibus nomine et vice, et de propria pecunia comunis veneciarum pro integra et complecta solutione et satisfactione pretii suprascripti et prout sic et tantam circa quantitatem asseruerunt dixerunt, et confessi fuerunt. Ulterius volentes supradicti procuratores, et nuntii supradicti domini Regis, predictorum Insule, terre, castrorum et locorum eius rerum et honorum omnium, sic venditorum corporalium possessionem et qui transferre in dictum communem veneciarum constituerunt nomine prefati domini Regis possidentes presentialiter dictam terram insulam et alia loca eius cum Iuribus, jurisdictionibus suis precario nomine dicti domini Regis possidere et in prefatum comune veneciarum, seu syndicos suos directum dominium seu utile vel publiciarium, et quicumque aliud Ius reale personale vel mixtum, sive inrescriptum cum pleniori forma qua potuerunt, transtulerunt. Et si forte dicta Civitas et Insula cum castris locis et bonis predictis venditis, valerent plus pretio supradicto, illud plus in quacumque quantitate majori vel minori ascenderet etiam si esset, vel dici posset ultra dimidium justii pretii, dicti procuratores dicti domini Regis, titulo donationis que liberaliter et irrevocabiliter dicitur inter vivos, dederunt cesserunt et transtulerunt dictis sindicis et procuratoribus dicti domini . . . ducis et comuni veneciarum propter grata et accepta servitia tempore preterito prestita et impensa domino Regi predicto per emptores prefatos et propter liberam remissionem et quietationem, quam predicti syndici et procuratores dicti domini ducis, et comunis veneciarum fecerunt et faciunt predictis procuratoribus ipsius domini Regis et mihi notario infrascripto, tumquam publice persone stipulant recipiunt vice et nomine dicti domini Regis, et omnium et singulorum quorum interest vel poterit interesse, de omnibus damnis illatis et factis per subditos et fideles ipsius domini Regis dum essent sub fidelitate et obedientia sua, subditis et fidelibus dicti domini . . . ducis et comunis veneciarum usque ad diem celebrationis presentis contractu, reservantis tamen hinc inde actionibus et juribus particularium personarum, debitis et debendis tam ex contractu quam quasi ex delicto, vel quasi cum conditione ex lege, vel quocumque alio jure, et ad cautelam si fuerit utile vel expe-


diens, voluerunt et mandaverunt dicti procuratores dicti domini regis, modis et nominibus quibus supra, quod tot sunt contractus huiusmodi donationis, quot sunt res donate non excedentes summam extimationis legitimam a jure permissam seu non prohibitam, et de dicto pluri quam etiam de pretio suprascripto ad cautelam eosdem quietaverunt, liberaverunt et perpetuo absolverunt, ita quod ipsa Civitas et insula cum juribus et pertinentiis suis omnibus supradictis ubicumque locorum positis, remaneant et sint in pleno dominio et potestate dicti domini . . . ducis et comunis veneciarum ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum et alienandum et de ea faciendum et disponendum pro eorum arbitrio voluntatis transferentes eisdem omne jus et omnem actionem realem et personalem, utilem et directam, mixtam et inrescriptam et omnem aliam eidem domino Regi constituenti competens et competentem, competituram, et competituram, acquisitum et acquisitam adversus personas quascumque nomine dicte Civitatis et Insule, juriurum et partium eius, ac in et super dicta Civitate et Insule Iuribus et pertinentiis suis peractis Et ponentes ex inde eosdem emptores in locum vicem et privilegium eiusdem domini Regis, ac constituentes ipsos procuratores in rem eorum nil ipsi domino Regi heredibus vel successoribus suis in predicta Civitate et Insula et aliis locis eius, retinendo seu quolibet reservando, Ita quod liceat et licitum sit, dicto domino duci et communi veneciarum per se vel alios eorum nomine et auctoritate propria Civitatem et insulam supradictam et omnia alia loca eius cum juribus et pertinentiis suis omnibus, capere apprehendere et corporaliter adipisci, et illius ac illorum possessionem et tenutam intrare, habere, tenere et possidere libere modo promisso. Promiserunt insuper dicti procuratores, procuratorio nomine ipsius domini Regis et per expressum specialiter obligarunt ipsum dominum Regem heredes et successores eius bonaque sua mobilia et immobilia, burgensia et feudalia sub penis et obligationibus infrascriptis dictis sindicis et procuratoribus ipsius domini ducis et comunis veneciarum stipulantibus et recipientibus nomine eorum et quod ipse dominus Rex habeat, ratam gratam et firmam venditionem, et donationem predictam, et quod de ipsa et omnibus alijs in presenti infrascripto contentis usque ad dimidium mensis february proximi, dari et assignari faciet nuntio dicti domini ducis et comunis veneciarum in Neapoli vel franchavilla Ratificationis et adprobationis publicum Instrumentum, suo magno sigillo bullatum, et contra illas non veniet vel faciet per se vel alium seu alios directe vel indirecte nec sub alio colore vel forma, ymo ipsam et ipsas, defendet, defensabit, ac autorabit, volens eisdem emptoribus de evictione teneri ab omnibus hominibus, universitatibus collegiis et personis ecclesiasticis et secularibus in et insupra dicta Civitate et insula ac bonis et rebus venditis, seu eius Iuribus et possessionibus pretendentibus et allegantibus quolibet Ius habere sed eosdem emptores turbantibus vel inquietantibus quolibet super eis quum et quociens fient opportunum. Et omnem litem contraversiam, molestiam vel questionem juris vel facti que eisdem emptoribus moventur, vel fieret per quacumque personam ecclesiasticam vel secularem, Collegium vel universitatem, in et supra dicta Civitate et insula vel eius juribus, et jurisdictionibus in se assumet et subibit prosequeturque suis propriis sumptibus et expensis usque ad finem, ipsos emptores victores et potiores faciet in predictis et eos conservabit independentes, in casu etiam contraventionis predictorum, ubi evictio forte fieret dicte Civitatis et Insule, Iurium et jurisdictionum eius, et quod pro dicta pena, damnis expensis et Interesse per eosdem dominum ducem et communem veneciarum emptores propterea subeundis, liceat et licitum eis sit, per se vel alios, absque jussu vel licentia iudicis vel magistratus seu pretoris, et sine decreto curie, vel mandato, solum vigore presentis instrumenti dicte venditionis, capere et apprehendere de bonis quibuscumque mobilibus vel stabilibus, burgensaticis vel feudalibus dicti domini Regis, hereditum vel successorum suorum, nec non personas et eorum bona et Iura vaxallorum, et subditorum dicti domini Regis prout elegerint, et in eis manus procere, et in continenti

ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΥ
ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΛΗΘΟΥΠΟΥ

si vellent vendere et alienare, et insolutum eis tenere et dare prout eis maluerint, Ita quod eis integre satisfiat, nulla de premissis denunciatione premissa, nulloque intervallo temporis expectato, nec aliqua juris vel facti solemnitate servata que in talibus requiruntur. Quietarunt insuper liberarunt et perpetuo absoluerunt dicti procuratores dicti domini Regis, supradictos syndicos et procuratores ipsorum domini . . . ducis et communis veneciarum nomine suo stipulant et recipiunt de omnibus iuribus fructibus redditibus et proventibus perceptis per eosdem dominum . . . ducem et commune veneciarum pro preterito tempore, ex Civitate et insula supradictis, ac aliis locis suis ubicumque locorum existentibus usque in hodiernam diem, facientes eisdem finalem quietationem et refutationem, remissionem et absolutionem et pactum perpetuum et reale solemniter stipulato Valatunc, de ulterius non petendo per acqulianam stipulatam et acceptilationem legitime subsecutam, seu quocumque alio modo et nomine pro cautela censi posset. Obligando propter hoc eundem dominum Regem constituentem, et omnes heredes et successores, et bona sua mobilia et stabilia feudalia et burgensatica jura et actiones, ea etiam que sine speciali pacto obligari non possint, de habendo ratam et gratam et firmam quietationem predictam, et quam illam non facere vel venire. Quam quidem venditionem pretij, solutionem, curationem, quietationem, conventionem et pacta predicta, et omnia et singula suprascripta, et in presenti instrumento contenta, supra dicti procuratores ambasiatores et nuntij prelibati domini Regis Ladislai venditoris, promiserunt, et convenerunt nomine supradicto, scilicet pro ipso domino Rege et heredibus et successoribus suis, ac in animam ipsius domini Regis tactis scripturis ad sancta evangelia corporaliter juraverunt predictis sindicis et procuratoribus dicti domini ducis et communis veneciarum, stipularent et recipere nominibus eorum, perpetuo firma, rata, et grata habere et tenere, actendere, facere et observare atque adimplere, et nunquam in aliquo contrafacere vel venire per se vel alios, neque deficere vel cessare ullo modo forma vel colore vel ingenio de jure vel de facto in iudicio sive extra, sub pena ducatorum quinquagintamillium, in singulis capitulis, membris et partibus hujus contractus in solidum stipulatio premissa, et insuper refectionis damnorum expensarum et interesse litis et extra, que pena tociens committatur et exigatur, seu possit exigi cum effectu, quociens in aliquo predictorum fuerit in aliquo contrafactum et pena soluta vel non, nihilominus presens contractus in suo robore perseveret, pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adimplendis, predicti procuratores dicti domini Regis, obligaverunt dictis sindicis et procuratoribus dicti domini ducis . . . et communis veneciarum suo nomine stipulantes et recipientes, dictum dominum Regem, heredes et successores suos, et omnia et singula bona mobilia et immobilia presentia et futura, ac feudalia et burgensatica, ac personas, Vaxallos et subditos dicti domini Regis, et eorum bona et jura presentia et futura, Renunciantes eisdem procuratoribus et sindicis ipsius domini ducis et comuni veneciarum suo nomine stipulantibus recipientibus et ementibus exceptioni, doli, mali vis, metus et infactum non sic celebrati contentus et rei predicto modo non geste, exceptioni dicte venditionis donationis et quietationis non facte, et non secute realiter modo predicto, exceptioni dicte pecunie non numerate, recepte et habite non boni, non electi, et non ponderati auri legi etiam dicenti bona capita, in continenti non posse vendi etiam que legi, que incipit, rerum maioris pretij, Codice de rescindenda venditione, alijs que juri- bus per quas et que deceptis ultra dimidiam justi pretij subvenitur, ac omnibus alijs juri- bus consuetudinibus, legibus et exceptionibus quibus et propter quo, ipse dominus Rex venditor et eius heredes possint in predictis quolibet contrahere vel se tueri, voluerunt et rogaverunt suprascripti procuratores prelibati domini Regis, Quod de predictis omnibus et singulis fieri debeant per me notarium intrascriptum, dictis sindicis et procuratoribus dicti domini ducis et comunis veneciarum unum, et plura publica instrumenta ad consilium sapientium suorum iuris, hoc acto et declarato inter dictas partes dictis modis et nomini.

ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ

ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΑΘΕΟΥΠΙΟΥ



ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΣ
ΔΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΛΗΞΟΥΡΙΟΥ



ΙΑΚΩΒΑΤΕΙΟΥ
ΛΗΜΟΣΙΑ ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΜΟΥΣΕΙΟ ΜΕΘΥΡΡΙΟΥ